non habuit aliquam operationem in statu
gratie. Secundum Ricardum est quod virtutes theologice
perficiuntur donis, quia per dona dis-
ponitur ad sequendum motionem spiritus
sancti. Sed per huiusmodi virtutes unum
spiritu sancto. Unde et dona per has virtutes
iuvantur sicut virtutes morales
per intellectuales. Dona tamen perficiuntur
virtutibus moralibus et intellectualibus
quia huiusmodi virtutes perficiunt rationem
ut alias potentias in ordine ad rationem.
Dona autem perficiunt hominem in
ordine ad spiritum sanctum. Quod autem dis-
ponit ad aliud perfectius est.

Dubium

2a 2e

Dubia semper sunt in me-
liorem partem interpretanda. Illa extra
in ipso quod homo habet malam opinionem
de aliquo absque sufficienti causa
iniuriatur ei et contempnit eum.
Unde ubi non apparent manifesta
indicia de malicia alicuius debemus
eum ut bonum habere. ar. h. n. e
quod aliquis frequenter fallatur habens
bonam opinionem de aliquo malo quam
quod raro fallatur habens malam
opinionem de aliquo bono, quia ex hoc
fit iniuria, non autem ex primo.

Duellum

Est singularis pugna
inter aliquos ad ~~[illegible]~~ probandum
veritatem et est illicitum et inter
laycos et iure ecclesiastico et seculari.
Nec excusat generalis consuetudo
quin peccent mortaliter sive offerat
sive suscipiat, quos in aliquo casu excusat
metus licet diminuat peccatum propter
periculum persone vel rei. Ille autem qui
sponte offert et qui suscipit. Item
iudex qui defert ut persistit autoritate.
Item assessores qui dant ad hoc
consilium auxilium vel favorem. Item
sacerdotes qui dant benedictionem.
Isti omnes peccant mortaliter, immo
omnes essent homicide et irregulares si
aliquis ibi interficeretur.

Ebrietas

2a 2e q. 150
1 a. cb ta

Dicitur impotentiam
rationis inducere quod potest
in ebrietate valens si sumit
sciens, ita quod aliquis magis vult
ebrietatem incurrere quam a potu ab-
stinere, sic est peccatum mortale quia
committit se periculo peccandi volun-
tarie privans se usu rationis quo
posset bonum facere et peccatum de-
clinare. Et tunc proprie dicitur ebrius
quia moralia sumunt speciem. Et si
nesciat aliquis potum esse moderatum
ut potentem inebriare quia sic potest esse
sine peccato precipue si non contingat
ex negligentia. Secus etiam si sit
potus inmoderatus esse non estimat
inebriare posse nam sic potest esse
peccatum veniale. Nec excusantur
a peccato mortali qui inebriant se propter
medicinam ut scilicet faciat vomitum
quia per multa alia potest vomitus procurari.
Assiduitas autem se inebriandi
signum est quod voluntarie quis inebriatur

Et io no(n) solu(m) p(ro)p(ter) itracoez act(us) s(ed) etia(m) p(ro)p(ter) volu(n)tarie i(n)ebriari assiduitas facit ebrietate(m) pecc(atu)m mortale. Et sicut dixi de inebriante se, sic p(er) eu(n)de(m) modu(m) intelligendu(m) e(st) de eo q(ui) inbutat alios ad potandu(m) n(isi) forte ignorare(t) [vir]tute(m) esse co(n)dicoem bibentis q(uod) ex tali potu possit inebriari. Et no(tandu)m q(uod) ebrietas ut d(icitu)r defectu(m) ro(ation)is inte(r) ex actu potandi excusat pecc(atu)m i(n)q(uan)tu(m) ca(usa)t involu(n)tariu(m) p(ro)p(ter) ignora(n)cia(m). Sz ut d(icitu)r actio ex q(ua) talis defectus seq(ui)tur si ebrietas fuit s(ine) pecc(at)o, act(us) seq(ue)ns tot(aliter) excusat(ur) a culpa. Si a(utem) fuit cu(m) pecc(at)o, tu(n)c no(n) tot(aliter) excusa(tur), q(ui)a redditur volu(n)tariu(m) ex vo(lun)t(ate) p(re)cedentis act(us) q(ui)a dedit op(er)am rei illicite. Dim(in)uit(ur) t(ame)n pecc(atu)m seq(ue)ns sicut diminuit(ur) racio volu(n)tarii. In p(rim)a s(ecund)e q. 13 ar. 1.

Electio

Est actus vo(lun)t(atis) p(er) r(ati)o(n)em directe, co(n)stituit(ur) n(am) el(ect)io ex r(ati)o(n)e dirigente volu(n)tate(m) in fine(m) tanq(uam) ex formali et vo(lun)t(at)e i(n) q(ua) e(st) m(ate)rialit(er) talis act(us). Nec co(n)uenit brutis q(uia) t(ame)n h(abe)nt appetitu(m) se(n)sitiuu(m), q(ui)a ille fert(ur) ad a(li)q(uo)d vnu(m) p(er) modu(m) nat(ur)e, et io no(n) h(abe)t int(er) plura elige(re). Et no(tandu)m q(uod) el(ect)io no(n) e(st) finis s(ed) eor(um) q(ue) s(un)t ad finem, q(ui)a finis i(n) op(er)abilib(us) h(abe)t se no(n) ut co(n)clusio s(ed) ut p(ri)ncipiu(m), et e(st) sola huma-nor(um) actu(um), no(n) q(ui)a ea q(ue) s(un)t ad fine(m) q(uo)r(um) e(st) el(ect)io vel s(un)t ip(s)e actiones vel s(un)t res q(ue) actionib(us) humanis attingu(n)t(ur). Et q(ui)a actiones hu(ma)ne s(un)t nob(is) possi-biles, io el(ect)io e(st) t(antu)m possibiliu(m), licet vo(lun)tas i(n)co(m)pleta possit e(ss)e i(m)possibiliu(m). Sciendu(m) e(tia)m q(uod) ho(mo) no(n) n(ecessa)rio s(ed) lib(er)e eligit, pot(est) n(am) velle et non velle ea q(ue) s(un)t ad fine(m), pot(est) n(am) velle i(n)q(uan)tu(m) bo(na) s(un)t et p(otest) ip(s)a no(n) velle i(n)q(uan)tu(m) i(m)p(er)f(ec)ta, i(n) q(ui)b(us) co(n)sistit eius [...]

Elemosina

Defectus

Duplices s(un)t elemosine s(cilicet) corporales et sp(irit)uales. Corporales s(un)t septe(m) q(ue) d(icu)ntur septe(m) op(er)a mis(eri)c(or)die s(cilicet) pasce(re) esurie(n)te(m), potare sitiente(m), vestire nudu(m), recollige(re) hospite(m), visitare infirmu(m), redime(re) captiuu(m), sepelire mortuu(m). Vn(de) v(ersus): Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Elemosine sp(irit)uales et s(un)t septe(m), que s(un)t doce(re) ignora(n)te(m), co(n)sule(re) dubitanti, co(n)sola(ri) tristem, corripe(re) peccante(m), remitte(re) offendenti, portare onerosos et p(ro) o(mn)ib(us) orare. Vn(de) v(ersus): Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. Ita t(ame)n q(uod) sub eode(m) i(n)telligat(ur) co(n)siliu(m) et doct(ri)na. Et no(tandu)m q(uod) elemosine sp(irit)uales simpl(icite)r et ab(solu)te s(un)t meliores q(ua)m corporales. Ꝑprimo cu(m) sit ea sp(irit)ualis e(st) nobilior corp(or)e cui fit ea corp(or)al(is). In casu t(ame)n co(n)ting(it) oppositu(m), q(ui)a moriens fame mag(is) e(st) pascendus q(ua)m docendus. Sz q(ueritu)r etiam dare e(st) in p(re)cepto. Dico q(uod) dare ~~[...]~~ etiam de sup(er)fluo e(st), no(n) t(antu)m nat(ur)e

sed est persone / secundum quod persona includit
et alios quorum sibi cura incumbit / est in precepto
Item est in precepto / quando ex parte recipientis
est extrema necessitas / puta cum apparent
signa probabilia extreme necessitatis future
nisi ei subveniatur. Ut cum aliquis videt
aliquos impotentes et pigros ad subve-
niendum et pauperum indigentem iuvare
necessitate. Non enim est expectanda
ultima necessitas / quia tunc forte adiuvari
non posset. Necessarium quoque nature et persone
iudicandum est secundum quod probabiliter esti-
mari potest / nec oportet quod consideret aliquis omnes
casus qui possent contingere in futurum / hoc
enim esset de crastino cogitare / quod
prohibet dominus / Math. 6o. sed debet iudicari
superfluum et necessarium secundum ea que probabili-
ter et ut in pluribus occurrunt. Sic ergo de
superfluo dare etiam extrema necessitate
pauperis cadit sub precepto. Alias autem
cadit sub consilio. // De quibus vero dan-
dis sit elemosina / Dico quod non debet dari
de necessario simpliciter quo dans vel ad eum
pertinentes sustentari non possent
quia hoc esset sibi et suis vitam subtrahere
nisi forte daret pro magna persone
extrema necessitate pauperis pro quo res
publica sustentatur quia pro illo in conser-
vando laudabiliter se et suos morti expo-
neret bonum commune preferendo bono
proprio. Verumtamen quod est necessarium alicui
ad sustentationem persone et aliorum quorum
sibi cura incumbit et ad decentiam sui
status non consistit in certo punctali / sed
aliquid tale laudabiliter subtrahitur
ut indigentiis pauperum subveniatur

licet ad hoc teneatur. Inordinatum tamen
esset si aliquis tantum daret quod de residuo
convenienter vivere non posset nisi forte
intrando religionem totaliter vitam
mutaret. De illicite vero acquisitis
non debet fieri elemosina sed distinguo quia acquisi-
tum de illicite acquisitum tripliciter
Primo cum tenetur aliquis ad restitutionem
determinate persone / tunc tenetur restituere
illi persone et non potest de hoc facere elemosinam
Queritur an non debeat determinate persone
sed tamen tenetur restituere / debet dare pauperibus
modo quo dicetur infra in vocabulo restitutio
Secundo est acquisitum illicite ut cum
et dans et recipiens facit contra legem
dei sicut patet in symonia et de tali
debet fieri elemosina / quia nec recipiens potest
retinere / quia contra legem dei accepit / nec
danti est reddendum / quia contra legem dei dedit
Tertio est acquisitum illicite quando etiam
si res non iniuste acquiratur tamen modus quo acquiritur
est illicitus / ut patet in premio meretricum
et in omni turpi lucro / et de tali potest
fieri elemosina / non tamen debet fieri oblatio ad altare
propter reverentiam sacramentorum et propter
scandalum / potest tamen et retineri. Sed
quid de hiis que in alea conquiruntur. Dico
quod si aliquis lucretur ab hiis qui rem
suam alienare non possunt ut trahat
alium ad ludum ex cupiditate vel
fraudulenter ab eo lucretur tenetur sibi
restituere / nec de hoc potest facere elemosinam
et similiter si alicubi talis ludus est prohi-
bitus tenetur ad restitutionem nisi contraria
consuetudo prevaleat ut nichil de
lucris sit ab eo qui traxerit eum ad

ludum / tunc enim non tenetur restituere quia amit-
tens est indignus nec potest retinere / et non
faciet de eo elemosinam si tamen ei reddiderit
postquam potuit accipere // Alii tamen dicunt
quod multo securius videtur quod restitucio
debet fieri ei a quo quis lucratus est / quia et si dominium
transferatur tamen illa translacio non est volun-
taria. Unde qui amisit potest repetere et
non dare si non dedit. Secus est de
ludo scakorum qui magis fit propter deducti-
onem si tamen fiet propter lucrum idem
esset. Sciendum tamen quod in extrema neccessi-
tate omnia sunt communia / ideo qui patitur extrema
neccessitate potest licite recipere aliena
ad suam sustentacionem vel iam recepta
retinere / licet teneatur restituere si ad
pinguiorem fortunam pervenerit
// Immo quilibet potest recipere aliena ad
sustentandum patientem extremam neccessitatem
Si aliter ei subvenire non potest / debet
tamen hoc facere de voluntate domini si fieri potest
Sed quis potest dare elemosinam / Dico quod nullus
inferior potest dare elemosinam de re sua
qui subicitur superiori nisi secundum ipsius per-
missionem. Unde monachus non potest dare
elemosinam de rebus monasterii nisi forte
dispensatio talium sibi sit commissa
aliter vero non potest nisi de expressa licencia
superioris ut prescripta cum proprium non
habeat nisi in articulo extreme neccessitatis
Uxor autem si habeat res alias preter do-
tem que ordinatur ad sustentanda onera
matrimonii / puta ex proprio lucro / potest elemosinas
moderatas dare sine consensu viri / alias
non potest nisi de licencia expressa ut supradicta
excepto tamen neccessitatis articulo.

Quia vero ea que sunt filii familias
sunt patris / ideo sine eius licencia non potest
dare elemosinam nisi modicam de qua
potest presumere quod patri placeat / nisi
dispensatio a patre sit sibi commissa /
Idem dicendum est de servis. Sed quibus
danda sit elemosina / Dico quod propinquis
si indigent magis est danda elemosina
secundum ordinem tamen propinquitatis et necessitatis
quia sanctiori et magis indigenti
et magis utili ad commune bonum est
magis danda elemosina quam persone propin-
quiori maxime si non sit in tanto
coniunctio cuius cura specialis alicui
immineat et si non paciatur neccessitatem
De hoc habes vocabulo Beneficencia
Et nota quod habundat dare secundum
proporcionem facultatis laudabile
est / sufficit et subvenire indigenti
laudabile est / sed non debet dari ad
superfluitatem / quia melius est pluribus
providere. In dacione quoque elemosine ista
sunt considerada scilicet fides / causa /
locus / tempus / modus / neccessitas san-
guinis propinquitas / debilitas
et condicio

Emptio et vendicio

Hic primo dicendum est qui faciant
emptionem et vendicionem illicitam
Secundo quomodo negociacio fiat licita
Tercio de mendaciis mercatorum
// Circa primum nota quod emptio et
vendicio redditur illicita propter tria
primo propter inequalitatem precii / quia

fraude adhibere ad hoc quod aliquis plus
iusto precio vendatur. Omnino precium est
et secundum scilicet logicos debet esse equalitas precii
ad rem venditam vel emptam, et hec
equalitas estimatur secundum communiter, et
est iniustum cum quis vendere aut vilius
emere quam valeat. Iustum autem precium dicitur
quod res potest valere secundum estimacionem fori
illius temporis pro actionibus potest tamen aliquis plus
vendi quam valeat, intuitu vendentis
multum indigentis re vendita
emens autem multum iuvatur ex ea, tunc
venditor eciam potest estimare dampnum
quod vendendo incurrit. Sed si emptor
iuvatur ex hoc venditor autem non dampnificatur, non licet eam supervendere
quia utilitas que alteri accrescit est ex
condicione ementis. Ad honestatem
tamen ementis qui multum ex hoc iuvatur pertinet ut venditori aliquid superroget. Nec autem lex humana non
inducit restitucionem ei qui sine
fraude adhibito supervendidit tunc
dimidium iusti precii, hoc non est
eo quod talem contractum approbet, sed quia
tamen punies ea que destruunt honestum
convictum talem excessum non punit.
Sed legem tamen divinam que punit omne
quod est contra virtutem contractum hoc est
illicitum et tenetur ad recompensacionem
dampni si sit notabile. Et dico
notabile quia iustum precium rei non
est punctualiter determinatum. Unde
modicum non tollit ibi equalitatem
iusticie. Secundo emptio et vendicio
redditur illicita propter defectum rei

vendite. Si quis enim sciens ven-
diderit aliquam rem in qua est defectus
secundum speciem ut si vendat auricalcum
pro auro. Vel secundum quantitatem
ut si quis utatur deficienti mensura.
Habeas autem mensuras rerum determinare
pertinet ad rectores civitatis qui
secundum maiorem vel minorem copiam
rerum possunt determinare mensuras
maiores vel minores. Vel si
sit defectus secundum qualitatem ut si ven-
dat animal infirmum pro sano est illi-
cita vendicio et tenetur ad re-
stitucionem. Si autem ignoranter
vendiderit non peccat, tenetur
tamen recompensare emptori cum
ad noticiam eius pervenerit. Et sic
emptor venditori qui vendit
rem suam quam putat minus precio-
sam ut cum vendit aurum pro
auricalco. Tercio quando venditor
tacet vicium rei vendite, quando
enim vicium rei est occultum et ipse
venditor de hoc tacet tunc si emptor
ex hoc incurrat dampnum, puta quia
res est minoris precii propter illud
vicium vel periculum, ut cum res ven-
dita est emptori nociva, ut patet
in corrupto cibo, tunc vendens
peccat, quia dat alteri occasionem
dampni vel periculi et tenetur emptori
ad recompensacionem. Si tamen vicium est ma-
nifestum vel si usus rei licet non
competat venditori potest tamen competere
aliis, et si vendens propter hoc vicium

subtraheret quantum est de precio non
tenetur dicere vicium rei quia forte
propter hoc vicium emptor vellet plus
subtrahere de precio quam esset subtra
hendus Unde venditor potest licite in
dempnitati sue consulere vicium rei
reticendo. Nota quod mercator cum
mercimoniis suis socios suos ad
locum preveniens si vendit rem suam
precio quod invenit non facit contra
iusticiam si non dicit socios suos ad
sitibus mercimoniis superventuros
quos cum iam sibi daretur de precio
si tamen hoc diceret vel de precio subtra
heret hoc esset maioris virtutis
Circa primum nota quod si lucrum nego
ciatoris ordinatur ad aliquem finem
honestum puta ad domus sue
sustentacionem vel eciam ad subve
niendum pauperibus aut propter publicam
utilitatem ne scilicet res necessarie ad
vitam patrie desint et lucrum
moderatum querit quasi stipendium
laboris tunc tale lucrum licitum
est Unde licite potest aliquis carius
vendere quam emit quia rem in aliquo
melioravit vel quia precium rei est
mutatum secundum diversitatem loci vel temporis
vel propter periculum cui se exponit
transferendo rem de loco ad locum
vel eam fieri faciendo Si tamen nego
ciacio non fiat propter predicta sed magis propter
cupiditatem vituperabilis est Unde
et clericis interdicitur propter speciem mali quam
habet et eciam propter frequencia vicia inter
cedencia Si vero mercatores inter se

faciunt pactum ut uno precio ven
dant illicitum est secundum hostiensem Cir
terium nota quod consciencie mercatores
scienter et causa decipiendi proximum pe
ierat vel mentitur peccat mortaliter
et tenetur ad restitucionem in quantum
decepit quia hoc est mendacium pernicio
sum Si vero tamen ignorans dicit falsum
vel non scienter et ob hoc ut sic consuevit
indempnitate et proximo non obsit
quia non decepit eum in re nec in
valore rei tale mendacium potest dici
veniale Si vero periurat quod tale periurium
sit consuetudine vocabulo periurium De
aliis hanc materiam tangentibus
habes vocabulo usura

Epykeia

Epykeia
est virtus que facit servari intencionem
legis et legislatoris Omnis
enim legis legislator in
inferendo legem respicit id quod
communiter accidit et ideo oportet quod aliquando
deficiat Unde in tali casu ser
vare legem est contra equitatem iusticie
et contra bonum quod legislator in
tendit Verbi gracia secundum legem
deposita sunt reddenda furioso
tamen non est reddendus gladius quia hoc
esset in nocumentum sui et aliorum
In hiis igitur bonum est preterimissis verbis
legis id quod poscit racio iusticie et communis
utilitas ad quod ordinatur epykeya
Unde ipsa epykeya est quasi pars
subiectiva iusticie quia prima est pars iusticie

Eukaristia

Hic primo dicendum est de isto bn^dco
sacro ut est sacramentum Secundo de
contentis sacri Tercio de mirabili
quod in eo fuit Quarto de sume-
tibus ipsum Circa primum notandum quod eukara-
istia est sacrum corporis christi et
sanguinis vere continens contentum sub
speciebus panis et vini post conse-
cracionem factam a sacerdote verbis
certis cum debita intencione
platis/ex divina institucione effi-
caciter signans corpus et sanguinem
sub eis regulariter contineri Con-
gruenter fuit christum nobiscum esse
in signo speciali/non solum in assistencia
spirituali sed et corporali/et hoc propter
quatuor. Primo ut corda fidelium
erigerentur ad maiorem devocionem
et meliorem preparacionem/sicut fit
cottidie in devotis Secundo quia
debitum est offerre deo oblacionem
sibi magis acceptam/tale est caro
immaculati agni dei .s. christi
Tercio quia congruum est ut efficiamur
unum corpus cum capite/et quod in-
corporemur sibi per cibum qui est caro
christi/caput autem christi deus/et
caput nostrum christus/ideo per christum
immolatum/et a nobis devote sumptum
incorporamur deo || Quarto quia decet
quod sponsa non viduetur perpetua
absencia corporali ipsius sponsi

Sponsa autem christi est ecclesia
decet ergo ut eum presentem habeat pre-
sencia corporali Sciendum et quod istud
sacrum/habet 4or nomina/Primum est eu- Laud
karistia .i. bona gracia/quia ibi est
gracia non solum in habens/sed est sub-
sistens. Secundum est quod dicitur viaticum/quia
est viatorum cibus et solacium Tercium
est quod dicitur hostia/quia christi passionem
significat quam patri optulit Quartum est
synaxis .i. Unio/quia est hominum fidelium
unus unio Sunt autem ad hoc sacrum
ad alia quatuor nobiles prerogative
Prima est quod unumquodque cum suo signato
s. christo presente Alia vero aliquid caret
aptitudine indisposita recipientis Secunda est quod
significat graciam subsistentem .s. personam
christi/alia vero graciam inherentem Tercia
quia realiter continet quod significat .s. christum
alia autem non quia gracia realiter est
in anima non in illis sacramentis Quarta
quia alia consistunt in usu et in fieri
et non in facto esse sicut baptismus
in ablucione et verbis/sed in hoc postea
manet quod sit sacrum/sed in isto est
permanencia sacri .s. corporis christi
sub speciebus licet non sit permanencia
consecracionis || Circa secundum notandum quod corpus
christi realiter sub speciebus panis ~~con~~-
~~tinetur~~ continetur non tamen carnaliter
sicut cadaver sed spiritualiter/quia
licet sub specie contineatur realiter tamen
est ibi modo spirituali quia non commen-
suratur Ista autem exponitur corporis

Christi sub speciebus est tamen ubique quoad pre-
sentialitatem ad eas non quod dimen-
suretur speciebus, sed quod sit ubi primo dif-
finitive. Corpus enim Christi sub
speciebus divina virtute absolvitur a
situ proprio in loco, a quo non dependet
intrinsece sed tamen diffinitive loco
coexistit, sicut angelus. Et notandum quod
in omni motu locali sunt due muta-
tiones et quatuor termini. Una mutatio
est ab ubi habito ad non esse eius, et
ista est deperditiva. Alia est a non
ubi acquirendi ad esse eius, et illa
est acquisitiva. Corpus autem Christi acquirit
rationem ubicationis per mutationem acqui-
sitivam et non deperditivam quia acquirit
novum ubi et non deperdit antiquum.
Non enim desinit esse in celo propter hoc quod
acquirit esse in sacramento. Sciendum tamen
quod corpus Christi est in speciebus eodem modo
numero extensivo et quantitativo sicut est
in celo. Et ita longus et latus et
tamen est ibi totus in totis speciebus et in
qualibet parte totus et si in minima di-
videtur. Corpus enim Christi in sacramento
absolvitur a positione propria in toto,
non tamen a positione partium in loco; oportet

Tamen non absolvitur a positione partium in loco

ipsum dimensurari et coextendi
illis partibus, sicut si non haberet positionem
partium in toto quod non esset quantum nec
distinctum organice, et maior est
in celo licet illa positio et est idem corpus
numero. Quod autem ipsum corpus possit
sit absolutum a positione propria in loco
et non absolvatur a positione partium
in toto patet ex eo quod omne corpus
locatum respicit locum contingenter
secundum totum suum genus, nullum enim
locum intrinsece sibi determinat quod potest
esse sursum ut deorsum, et ideo per
potentiam divinam potest ab omni loco absol-
vi maiore cum situs dicit rationem
extrinsece advenientem et omnino
absolutum. Prius per potentiam divinam possit
a posteriori absolvi. Istud quoque
corpus potest simul esse in pluribus locis
quia deus potest multiplicare rationem aliquam
substantiali non mutato, nam cum unum
et idem corpus potest multiplicare
rationem presentialitatis corpore non muta-
to. Prius enim essentialiter
non mutatur ad posteriora mu-
tationes. Et ecce ut dictum est
in corpore Christi potest esse mutatio
acquisitiva sed deperditiva. Sciendum
etiam quod in transsubstantiatione panis
vere convertitur in corpus Christi. Et
hoc bene est possibile potentia divina
quia et ex quo substantia panis et
substantia corporis Christi quantum ad
totale esse et totale non esse sunt in
potestate divina per plena obediencia

totale potestate

ad deum, ideo sicut agens naturale
primum ignis potest inducere formam
que est in potestate ipsius. Sic deus potest
de substantia panis facere corpus Christi
primo quibuslibet creatura possit transsubstantiare

in quantitatibus / quia quantitas circa est in parte
eius et quantum ad totale esse et quantum ad
totale non esse. Nec est fugiendum quod ponit
novitatem ex parte termini ad quem quia per
transubstantiationem terminus ad quem non accipit
esse substantiale / sed esse substantiae quae transubstantiatur
et ideo novitas magis est ponenda
in termino a quo quam quod de novo accipit esse
terminus ad quem. Ex quo et patet quod in transubstantiatione
panis non annichilatur / una enim
substantiam accipere esse alterius substantiae non
est eam annichilari nec panis desi-
nit esse sed accipit esse / sed esse alterius
substantiae scilicet corporis Christi. Ista autem trans-
substantiatio fit sola actione divina
ut principali / quia in ipsius ~~una~~ potestate est
totale esse utriusque termini ut dictum est.
Fit tamen actione sacerdotis ut in-
strumentali non quod ille attingat
effectum tamen principalis agentis
quia non attingit substantiam corporis Christi
cum non sit ibi localiter sed quia facit
aliquid ad quod sequitur terminus principalis
agentis. // Deus enim disposuit
convertere panem in substantiam corporis Christi
quando sacerdos profert debita verba
super debitam materiam cum intentione
debita. // Circa tertium sciendum quod in
hoc sacramento sunt accidentia sine subiecto quamvis
enim aptitudinaliter inhaerentia non
possit separari ab accidente cum sit idem
realiter cum ipso / eo quod habet informare
materiam non per suam formam componentem
cum actualiter inhaerentia eius potest

ab eo separari quia non sunt idem realiter
quod patet ex eo quod accidentibus potest esse sine tali
inhaerentia actuali sicut in hoc sacramento. //
Non enim ista accidentia sunt in pane cum
~~tamen~~ non sit ibi panis nec in corpore Christi
cum illud non possit esse secundum talia accidentia
actuat in inhaerentia est ipsa et ratio eorum
sensus advenientes accidentia quia non sunt necessario
posita fundamentis / et est posterior accidentibus
sicut et ~~...~~ quibus ratio posterior est suo
fundamento et ideo per virtutem divinam ipsum
accidentis potest separari a tali actuali inhaerentia
et existere sine subiecto sicut de facto est in hoc sacramento
maioris accidentis albedinis. In hoc igitur sacramento esse
accidentis et sine subiecto in respectu substantiae accidentis quod
ultimitate tenente dependentiam alicuius
accidentis simpliciter et independenter quia substantia accidentis
isto non potest esse in substantia quia ibi non est accipi-
endum substantiam quod quantumcumque tenente proprio depen-
dentia actuali accidentis non ultimate nec
independenter sed cum aliqua aptitudine dependentiae
ad substantiam. Sic in eucharistia esse accidentibus albedinis non
est sine tali subiecto / licet possit esse de potentia dei
albedinis. Albedo enim isto est in respectu ut in
subiecto / quia quantitas denominatur alba et
ipsa albedo ibi est extensa. Accidentibus tamen
ultimum non est ibi sine subiecto nec esse potest /
quia contradictio est aliquid ratione esse quod aliquid non
dicatur ad aliquid. Sciendum et quod in sacramento
quandoque apparet frustrum carnis / et tunc
certum est quod non est verum corpus Christi
[illegible]. Quandoque apparet forma
pueri et ista possit esse corpus Christi verum
ut quia tale speciem ingerit sensibus per se
ipsum vel per angelorum ministerio ita immu-
tatur sensus ad videndum eius substantiam in forma
pueri. // Circa quartum sciendum quod hoc sacramentum

a sanis de precepto ieiunij / ieiunio
ecclesie et nature et dico ieiunium nature / cum
nichil omnino sumpsit de cibo uel potu
Si tamen esset aliquis infirmus et moreretur
debet sibi dari corpus domini et si non
sit ieiunus Et quia ecclesia a media
nocte incipit diem / ideo qui post mediam
noctem comedit uel bibit non in-
telligitur ieiunus nec potest communicare
secus autem si ante mediam noctem Nec
refert utrum dormierit uel non
quantum ad vocem precepti / refert tamen
quantum ad deuocionem mentis quia per
tate perturbacionem a deuocione impeditur
Post sumpcionem vero eukaristie conuenit
a cibo aliquantulum abstinere / sed non
est multum diu / quia tales sepius cito alte-
rantur Et nota quod hoc sacramentum in quantum
est de se non est de necessitate salutis
quia presupponit graciam in sumente / sed
secundum statutum ecclesie Semel tenetur
scilicet in anno communicare / nisi de consilio sa-
cerdotis differat Extra de pe et re
Omnis Bonum est tamen ut qui ad hoc
sunt dispositi sepius communicent ut de
pdita perdita restaurentur et ne homo totaliter
alienetur a deo / et hoc cum aliquis est
in continua pietate et deuocione / sed cum
quis hoc sentit decrescere ex nimia fre-
quentacione / debet abstinere Uno tamen die non
debet tamen pluries communicare nisi forte sacer-
dos qui in aliquibus casibus potest plures
Elo hostie celebrare Quociens tamen fratres et
fratres quod omni die volunt communicare
credo quod multum sunt reprehendendi quia
frequenter fiunt ut videri vel propter

aliquam dulcedinem quam se experiri dicunt
que magis in ipsis causatur ex vehementi
ymaginacione quam ex vi sacramenti / quia patet
ex eo quod multe ex eis sunt nimis
leues Qui vult accedere ad
istud sacramentum debet se diligentissime
preparare per abstinenciam et deuocionem
cauendo ne in ipso lateat peccatum mortale
quia tunc indigne sumeret Ubi tamen
distinguo quia accedens aut habet conscienciam
peccati mortalis aut non Si habet aut illa
consciencia consurgit ex certitudine suf-
ficienti / ut quia se scit fornicatum / sic
peccat mortaliter quia contempnit / aut
probabili ut quia morose delectatus est
et timet fuisse mortale illud / sic
eciam peccat mortaliter quia discrimini
se exponit Aut ex leui / ut homo
scrupulosus qui timet ex leui de-
lectacione esse peccatum mortale / sic nec
peccat mortaliter quia neque contempnit
neque discrimini se committit Si autem
non habet conscienciam peccati mortalis aut hoc est
quia preparauit se et discussit prius
sufficienter conscienciam suam examinando
et confitendo sic non peccat / sed re-
missionem peccatorum accipit et meretur
Aut negligenter hoc est dum uel quia
negligenter discutere conscienciam suam
negligencia modica et leui tunc non
peccat non tamen meretur remissionem
peccatorum / uel neglexit negligencia
magna et proba tunc peccat mortaliter
licet tamen non possit aliquis certus esse
quod non sit in peccato mortali / tamen debet habere
probabilem coniecturam percipiendo

quatuor Primo cum quis devote
verba dei audit // 2° cum quis se promptum
ad bonum operandum invenit // 3° cum
quis habet propositum abstinendi de peccato
in futurum // 4° cum de peccatis preteritis
dolet Item autem contritus et non
confessus si habet copiam confessoris qui ipsum
possit absolvere tunc peccat sumendo
confessionem recedendo / quia ad sacramentum
esse requiritur confessio primum indicium
esse Si autem non habet copiam sacerdotis
et imminet aliqua necessitas communicandi
vel quia imminet scandalum nisi vel
quia incepit iam misterium sacri vel
Sacerdos quia tunc non peccat si tamen habuit
propositum confitendi cum poterit / Si autem
talis necessitas non imminet tunc pec-
cat / et in festo paschatis minus peccat
non communicando quam in peccato mortali
communicando Sed qui non debet communicare
Dico quod condempnatis ad mortem non
est denegandum eucharistia si pure
confiteantur / immo possunt sepeliri si
iudex permittit. Et ideo communicatis
non est danda nisi in articulo mortis
absolucione premissa / Silvester. nec furi-
osis non habentibus lucida intervalla
vel qui presumuntur esse in peccato mortali
Frenetico qui ante frenesim rediit
petierit potest dari / si presumitur
posse suscipere vel retinere sine peri-
culo derisionis vel vomitus aut
huiusmodi alterius Amentibus autem vel stolidis
cum aliquando non sunt dociles corpus quod ad
fidem et devotionem sacri pertinet
non debet corpus christi denegari pueris

ex usu rationis carentibus non debet dari
Cum autem in eis signum devotionis vel dis-
cretionis appareat / puta cum sint
decem vel xi vel xii annorum vel circa
hoc potest dari Surdis et mutis si
habent discretionem potest dari et etiam
demoniacis nisi forte certum sit quod
pro aliquo crimine a diabolo torqueantur
Hystrionibus et famis et notoriis
peccatoribus non debet dari / quia hystrio-
nes sunt infames // Notorii etiam
peccatores post confessionem debent eciam
facere emendam antequam communicent
Si autem sunt occulti peccatores debet
eos sacerdos in occulto monere ne
accedant si tamen manifeste petunt non
debet eis negari Silvester non debet dari
suspectis de crimine si suspicio
est violenta procedens ex publica
fama Si autem est suspicio solius sacerdotis
debet dari in publico non in occulto /
sicut iam dictum est // Nota quod iste
qui debet communicare debet abstinere ab uxore
tribus vel quatuor diebus / ut dicitur d. 9.
d. 2. Omnis Sed id est consilium non preceptum
nec intelligitur de debito reddendo sed petendo
quia si ~~alter coniugum petat~~ alter
coniugum petat alter reddere tenetur
precepto quod debeat communicare Aliter
peccaret mortaliter / quia exponeret se
periculo fornicationis Item tamen petere
debitum possit scilicet licite eucharistia negari
Eadem proxima die post susceptionem eucharistie
non est petendum debitum nec etiam
reddendum nisi alter coniugum instanter instet
si tamen fiet non peccaret mortaliter // De
pollucione nocturna est sciendum quod si

pollucio provenit ex crapula
mortali et hoc aliquis sciat vel probabiliter
dubitet debet de necessario abstinere
a celebracione et percepcione. Si vero pro-
venit ex crapula veniali ... ad
turpi ymaginacione simul contrahit a
celebracione et percepcione de congruo
et non de necessitate. Si provenit ex cra-
pula veniali et non ex turpi ymaginacione
non impedit a percepcione sed prohibet
de congruo a celebracione nisi necessitas
immineat. Si autem provenit ex super-
fluitate nature non impedit ab utroque.
Si autem provenit ex turpi ymagi-
nacione vel cogitacione mortali sic impedit
necessario ab utroque. Vel ex veniali
sic prohibet de congruo nisi necessitas i-
mmineat. D. G. Si vero provenit
ex vera illusione dyaboli de congruo
impedit ab utroque, quia videtur quod propter
aliquam meam culpam dyabolus hec fecta
permittatur procurare. Si autem probabiliter
appareat quod fructum spiritualem in nobis
impedire velit non est abstinendum. D.
G. Non est peccatum. Et non quod debet absti-
nere per xxiiii horas hoc est per diem naturalem
debet abstinere. Ultimo notandum quod princi-
palis effectus huius sacramenti est reparacio spiritua-
lium defectuum et augmentum virtutum.
Preparacionem enim huius sacramenti peccata ve-
nialia et peccata mortalia oblita secundum
mensuram tamen devocionis qua possunt esse cetera
quia omnia delet. Virtutes et augmentat
precipue ipsam graciam. Est enim pie credendum quod
quocienscumque aliquis cum actuali devo-
cione stimulatur ad hoc ab intra ut
corpus christi recipiat quociens proficit

ad graciam caritatis. Unde sciendum
quod primus effectus huius sacramenti est hominem
deo unire, non tamen ... quod debet esse
in gracia sed magis unire et hoc fit
tripliciter. Primo uniendo deo ma-
iori vinculo, quia auget caritatem
ut dictum est. 2o uniendo ipsum
deo firmencius, quia et si semper non
provehat hominem ad ulteriorem
gradum gracie tamen facit ipsum firmiorem.
Carbo enim mortuus carbonem facit ipsum
magis firmem et ex isto habetur quod delet ve-
nialia et restaurat fervorem deper-
ditum per venialia. Tercio uniendo
ipsum deo fortius et firmius, est enim cibus
spiritualis firmans hominem in deo
per maiorem radicacionem eius in gracia
et caritate et ex hoc habetur quod iuvat
ad vitandum omnia scelera. Ad hoc
tamen quod homo assequatur istum effectum requiritur
quod se ipsum disponat et quod non
habeat peccatum mortale quia cibus iste
non est cibus mortuorum sed vivorum
per graciam. Secundo debet habere actualem
devocionem et quia licet aliqua peccata
venialia impediunt actualem
devocionem, tamen licet aliqua impediunt
effectum istius sacramenti in homine, non tamen
omnia peccata venialia sed illa tantum que
impediunt actualem devocionem
post susceptionem sufficit tamen devocio
habitualis. Quoniam qui digne vult hoc
sacramentum percipere et efficaciam eius
percipere. Primo debet cibum istum ab aliis
discernere per fidem, secundo hostiam

sparare pro sui ipsius reparacione
Tercio ipsum in hospicium recipe
cum honore et devocione

Exactio

Dominus non debet petere a subditis
nisi ea que inter ipsum vel antecessores
suos et inter ipsos vel antecessores
eorum plane bona fide sine dolo
et coactione fuerit ordinata
et ista debent ipsis domino dare
Et si subditi aliquas exhibuerint sine
voluntate domini subtraxerint sicut
fures tenentur ad restitucionem
Si tamen aliquis sponte optulerit
subditi domino sine coactione
directa vel indirecta ~~ad fer...~~
vel ~~....~~ nimis potest licite
recipere Sed si extorquent
coactione directa vel indirecta
ad sumptum id quod consuetum est tenentur
ad restitucionem Dicitur autem
indirecta coactio cum dominus de-
negat subditis iusticiam vel
non defendit eos ut debet ut sic
aliquid extorqueat / vel fuerit
eis inimicari quod vult aliquid ab
eis habere Sunt tamen casus in quibus
dominus potest aliquid ultra statutum
vel consuetum exigere Primo pro
defensione patrie et maiore
suorum castrorum et locorum ad hoc
enim tenentur omnes res impetiri et
corporaliter laborare Item si vadit
in exercitum indictum ab ecclesia
vel a principe contra hereticos vel
paganos nec de suo possit absque
gravi dampno expensas facere
tunc potest a subditis petere auxi-
lium ~~moderatum~~ moderatum Item si
in bello iusto ab hostibus captus
secus si in iniusto Item si vult ire ad
principem pro optinendo privilegio
specialis protectionis pro se et suis sub-
ditis vel aliquo casu similis emergit dum
tamen semper moderate et cum caritate
et non cum violencia exigat Item
quando dominus maritat filiam suam aut
filium suum militem facit vel relevat
feodum suum vel auget feodum novum
emendo / tunc cum per hoc sit potencior
et dicior magis potest subditos defen-
dere et eis parcere Item ubi est consue-
tudo talia dari licite potest dummodo
cum moderamine exigantur Item
ad refectionem pontium et viarum
Item quando dominus iusta causa depauperatus
est vel nimis obligatus vel non habet
quod immediat In talibus enim et similibus
tenentur subditi domino et vassalli
Secus autem si exegerit ex causa iniusta
sive quo directe sive indirecte domini
vel eorum officiales a subditis aliquid
extorquent restituere tenentur
Et hoc si iure forma prescripta extorserat

Excommunicatio

Hic ~~[illegible]~~ primo dicendum de excommunicacione
quot fiunt Secundo quomodo servatur Circa
primum notandum quod duplex est excommunicacio
scilicet maior et minor Maior est que

separat a sacris ecclesie et ab ingressu
ecclesie et a fidelium communione ex minori
e quod tamen separat a sacris ex minori
excommunicacio tamen infligitur propter contumaciam
Ut cum aliquis citatus non venit vel
maliciose se occultat ut impediat
ne possit ad eum citacio pervenire
vel si venit ad iudicium et non stare
iuri / vel cum aliquis finita esset conu-
minacionem contumaciter et illicen-
ciatus recedit Vel cuius offensa
est manifesta et iussus a iudice
non vult emendare / vel qui iustis
preceptis iudicis contempnit obe-
dire ex minori autem excommunicacio
potest infligi propter contumaciam et non propter alias
ut a iudice vel eciam a sacerdote
Et nota quod cum aliquis prohibetur
sub pena excommunicacionis in iure
ubi non est sentencia lata sed comminacio
de futuro / sed cum prohibetur a iudice
tunc est lata sentencia / si iudex hoc
intendat / sed nisi iudex suam
intencionem declaret excusatus
est quod sentenciam non servavit Nota eciam
quod sacerdotes parochiales de iure
non possunt excommunicare sed tamen de
consuetudine que dat eis iurisdiccionem
Et ideo sine causa ferunt parochianis
quorum actores ignorantur ubi
consuetudo est teneret et ligat per
tacitam approbacionem episcoporum Secundum
quod sentencia si sit iniusta vel ex causa
vel ex animo vel ex ordine semper
est timenda et tenenda / quia terret

quantum ad militantem ecclesiam
nisi sit a non suo iudice
vel ab excommunicato suspenso
et interdicto vel post appellacionem
legitimam vel a delegato
contra intencionem delegantis / vel si
ferantur participantes nulla
monicione premissa Consulen-
dum est tamen excommunicato / ut
humiliter pacienter et devote sus-
tineat et emendacionem vel
satisfactionem offerat / quia per
hoc meretur / nam si sentenciam contemp-
serit peccat mortaliter Contemp-
nere autem sentenciam dicitur quando culpa
culpe mittitur cumulare / ut cum
intrat ecclesiam et cum non dicitur
ubi divina vel ad predicacionem quam
auditam statim expectat / vel cum ad
valvas ecclesie missam audit
vel quia communioni aliorum se ingerit
vel quia nimis diu manet in sentencia
maiore vel cum Iudices vero
seculares debent compelli a iudi-
cibus ecclesiasticis canonica mo-
nicione premissa per censuram
ecclesiasticam / ut a suis curiis
et iudiciis repellant excommuni-
catos / ab agendo / patrocinando
et testificando Circa secundum
nota quod excommunicatus maiori ex-
communicacione sive occulte sive
manifeste non debet intrare
ecclesiam ad orandum quamdiu est
excommunicatus / Potest tamen eam preterire

quia ad aliu locu vult ire dummodo
non celebrentur ibi divina / et si in-
traverit ecclesiam et est publice
excommunicatus omnes qui sunt in ecclesia de-
bent exire si excommunicatus nolu-
erit exire Sed si occulte ex-
communicatus est / ille debet exire
quibus est notum et hoc caute scilicet ut
non manifestetur eius excommunicacio / aliter
non exibunt / quia in secreto debet eum
vitare et non in publico ‖ Ille
autem qui est excommunicatus minore ex-
communicacione tutus est quod faciat se
absolui antequam intret ecclesiam
ut audiat missam Credo tamen
quod non peccat audiendo missam
quia minor excommunicacio non separat
a participacione ~~ecclesie~~ sacramentorum
non tamen debet communicare vel parare
propter quod datur loco communionis
Nondum tamen quod communicans excommu-
nicato in casu non concesso non semper
peccat / sed solum quando in crimine parti-
cipat vel in divinis vel in contemptu
ecclesie / vel quod pertinacie tali commu-
nicans per excommunicacionem Nec fami-
liaritas aut pudor aut metus ex-
cusant participantem ab excommuni-
catione nisi sit de personis exceptis
in canone / aut sit metus qui possit
cadere in constantem Et secundum quod aliqui
dicunt Unde si publice excommunicatus
posuerit se ad mensam in qua sedeo
debeo surgere non obstante scan-
dalo alicuius / sed si ponit se ad

mensam aliam non teneor nisi forte
propter scandalum infirmorum Similiter si venit
ad convivium debeo recedere quia tale
convivium est commune omnibus qui intersunt / pos-
sum tamen cum eodem esse in eodem hospicio
proximo et in camera eadem / dummodo non
communicem cum eo in lecto vel in mensa
tunc non tamen iure meo utor ‖ Et non
quod quicumque communicat excommunicato in
osculo oratione simplici loquela vel
mensa ipso iure minorem excommunicacionem
incurrit Sunt tamen casus in quibus aliquis
non incurrit excommunicacionem qui conti-
netur hoc versu ‖ Utile lex humile
res ignorata necesse Hec
anathema quidem faciunt ne possit
obesse Utile quia utilitas excommu-
nicati excusat in participando / ut
si loquor ei de salute anime sue vel
vel de absolucione / et si aliquis inter-
miscetur ut in hoc materia perficiat
nec peccat nec incidit in canonem
caveat tamen de scandalo et ne ni-
mis se laxet Item si petit aliquis
ab eis debitum nam et convenire potest
Item ad predicacionem admittuntur et
excusantur qui eam predicacionem vel confessionis
tractat inter eos / et si recipiunt clas
si aliter inter eos non potest tractare
Tamen et posset esse necessitas quod ab excommu-
nicato possem emere consilium tam in tempora-
libus quam in spiritualibus quia scilicet alios iuris-
peritos non haberem / sed tamen arbitrio boni
viri est limitandum ‖ Lex scilicet matri-
monii que excusat uxorem communicante
viro Similiter vir excusatur in reddendo
debitum uxori non autem in aliis quia

debet eum cogere ad satisffaciendum.
Huile .i. humilitas subiectionis hec
enim excusat filios non mancipatos
si pro patrem sustentantur et silr patrem
si sustentatur a filio excommunicato. Item
rusticos qui colunt terram eius siue sint
censuarii siue medietarii .s. qui
soluunt certam porcionem et similiter
omnes qui a domino recedere non possent
vel viueret. Item suos et ancillas
et similiter omnes subiectos maxime
si obligauerunt se sibi antequam in ex-
communicacionem inciderit primo esset si
post excommunicacionem intrant seruicium
si ignorat et non possunt sine suo dampno
recedere ut si necessitas eos ad hoc compel-
lit aliter tenetur recedere. Res igno-
rata quia .s. est ignorancia facti probabilis
ut est ignorancia iuris quantum ad eos
quibus licet ius ignorare ut sunt pueri
non dum doli capaces. Necesse .i.
necessitas ut in peregrinis et viatoribus
et hiis qui ipsis excommunicatis per aliquem
dum cum humanitatis quia indigent
alimento vestibus vel hospicio et
ceteris sine quibus homo viuere non potest.
In aliis autem non debet eis aliquis facilis
communicare. Vltimo notandum quod tunc debet
aliquis scire alium esse excommunicatum
cum videt illum vberiorem clericum in
casu non concesso vel simile facientem
vel cum aut presens et audiuit sententiam
vel ipsum publice denunciari vel
ipse excommunicatus dixit ei, aut prelatus
excommunicantis maxime episcopus vel archi-

archipresbyter vel decanus vel sacerdos non
suspectus vel quod publica fama
est ipsum esse excommunicatum. Aliaque
propter leuem famam vel si ab aduersario
suo hoc audiuit non debet se absentiam
de hoc facere. Si autem tantum scio aliquem
excommunicatum non tamen adiuto actu
eum ei communico nec peccato nec in
canone incido. Scias quod licet
aliqui in hiis aliter in hiis senciant
tamen opiniones magis pias secu-
tus sum. Cum dixit dominus Miseri-
cordiam volo et non sacrificium

Familia

Pater familias tenetur
habere curam familie puta
seruorum et filiorum secundum illud .i. thi. v.
Si quis filiorum suorum et maxime
domesticorum curam non habet fidem
negauit et est infideli deterior.
Hec autem cura correctionis non so-
lum debet esse in verbis sed etiam exemplo
boni operis. Et si in hiis non
corriguntur tenetur eos abicere a
se. Si credit probabiliter quod eos probabiliter
corrigere et sic hic eos in malicia per-
seuerare ne sit particeps criminis
quod si probabiliter credit quod hic eos
licencius peccare per suam autem curam
et per suum timorem videt eos re-
trahere et si non ab omnibus malis
se separare tunc non imputatur sibi
aliorum peruersitas